

ad TUÆ SERENIT. pedes supplex nunc deponam:
id unicè-debitæ gratitudinis ratio aliter non tulit.
Æquum enim erat, ut, qui ante Novennium à Serenis-
simo & Beneficentissimo, piæ laudatissimæq; mem.
TUÆ SERENIT. PARENTE ex Silesiâ huc evoca-
tus, liberalissimè semper habitus, ab Ipsâ TUÆ SERE-
NIT. Illustrissimo etiam & Celsissimo Principe ac
Domino, Dn: JOACHIMO-SIGISMUNDO Marchione
Brandenburgico, &c. TUÆ SERENIT. Fratres Germano,
plurimis, ijsq; summis & clementissimis beneficijs
inactatus fui, tandem iudicium & testimonium ali-
quod grati animi valvis Æternitatis applicem. Ocium
in primis quasi triennale, quod ex TUÆ SERENIT.
clementissimo indultu hujus Libri conceptui & par-
tuit, ab alijs occupationibus liberrimum habui, id
unicè, quod facio, severe extorquet. Sedulitati etiam
meæ, quæ me assiduum & accubuum habuit, noctu &
interdiu, ad cartas meas & has, & quæ propediem in-
sequentur; & laboribus meis, in negociosissimo hoc
ocio nec dum triennali, exantlatis, non absq; visus &
virium detrimento, attestabuntur, qui hæc legent,
Viri Boni & hujuscemodi laborum æstimatores æqui:
imò testantur jam in familiaribus ad Me Epistolis
primarij census Mathematici: ut causa planè nulla sit,
cur Me Hic vel Ille ociatum hætenus fuisse subinnuat.
Probabo TUÆ SERENITATI paulò post & producam
in cla-